

rationis, quam sit in statu naturæ elevatæ; tunc enim peccato non fuisset opposita gratia sanctificans & amicitia Dei intrinseca, sed solum favor Dei extrinsecus; in statu autem præsentis peccato opponitur gratia sanctificans, amicitia Dei & pulchritudo animæ intrinseca, nec aliter peccatum tolli potest quam per infusionem gratiæ, dixi: permissio ant. Quia homo in omni statu, etiam puræ naturæ capax fuisset gratiæ, & potuisset elevari ad ordinem supernaturalem, per peccatum autem mortale hujusmodi capacitati fuisset oppositum obstaculum, & peccator seipsum positivè ineptum reddidisset ad gratiam per peccatum; unde etiam in illo statu homo gratiâ nudus per peccatum non amisisset gratiam, sed seipsum incapacem gratiæ reddidisset.

Obj. 6. Idem est constitutivum, quod est distinctivum, sed peccata habitualia inter se distinguuntur, non per privationem gratiæ, quæ omnibus peccatis est communis, sed per actus præteritos; ergo actus præteriti sunt formaliter peccatum habituale.

R. Distinguendo maj. Idem est constitutivum, quod est distinctivum per modum alicujus in recto importati Con. Per modum alicujus in obliquo importati N. Distinguuntur peccata habitualia propter diversas privationes seu eandem privationem non nudè & solitariè spectatam, sed cum ordine & connotatione ad diversas causas vel diversa peccata actualia.

DISPUTATIO XII.

De distinctione & comparatione peccatorum.

Quia ex Trid. sess. 14. de pœnit. cap. 5. Certum est, gravem esse obligationem confitendi peccata secundum speciem & numerum, idè summè necessarium scitu, quænam sint principia, ex quibus distinctio tam specifica, quam numerica peccatorum desumatur.

QUÆS.

QUÆSTIO I.

An peccata distinguantur ex objecto?

NOtandum: quod in quovis peccato distinguenda sit duplex species vel ratio specifica: physica, & moralis; species physica desumitur ab objecto in esse physico spectato, & in quolibet peccato est unica, sicut unica est essentia physica. Ratio specifica moralis consistit in difformitate actûs cum regulis morum, & hæc in actu potest esse multiplex juxta multiplicationem malitiæ objectivæ, in quam voluntas fertur, aut regulæ obligatorivæ, à quâ voluntas deviat; sic voluntas furandi rem sacram, ut fornicetur, habet rationem specificam in esse physico unicam, quæ consistit in relatione transcendentali, quam habet actus ad tale objectum; attamen habet triplicem speciem moralem, quia triplex adest malitia objectiva notabiliter diversa, in quam voluntas liberè fertur vid. malitia furti, malitia sacrilegii & malitia incontinentiæ.

DICO. Actus voluntarii distinguuntur specie secundum objecta. Unde sequitur, quod peccata proprie distinguantur specie secundum objecta. S. Th. hic Q. 72. a. 1. Q.

Explicatur: Unitas vel distinctio specifica peccatorum desumenda est à moralitate objectivâ: ita, ut illa peccata sint diversæ speciei, quorum objecta sive primaria sive secundaria & circumstantiæ habent moralitatem objectivam notabiliter differentem, illa verò sint ejusdem speciei, quorum primarium objectum & circumstantiæ simul sumptæ non habent moralitatem objectivam notabiliter differentem.

Ratio conclusionis est: Peccatum est actus moraliter malus: vel ommissio moraliter mala, quæ sunt vel formaliter vel interpretativè libera tendentia in objectum discordans à regulâ morum vel lege æternâ; atqui hæc

De Dis
hæc tendentia
quoties object
notabiliter dif
mias specifica
objectorum:
ali vel suprem
ut fornicari,
nam peccatur
Obj. Peccat
ficiem ab obj
omissio ten
Distingua
tute suam spec
Peccata omi
to objecto qu
debiti vel præce
is opposita sit
to objecto desu
etiam peccatur
recipit: liquid
idem genus, &
formis, quatu
tur: peccatum
preceptum,
quod erat præce
is, non semp
habere eandem
quidem virtut
at, 6. O. Ave
est peccatum c
est peccatum
oppositionem
motivo proxi
habet aufferre
num, Dixi:

hæc tendentia est specificè una vel moraliter diversa, quoties objectum sub moralitate objectivâ vel unâ vel notabiliter differente proponitur; ergo diversitas vel unitas specifica peccatorum desumitur ex moralitate objectorum: quia enim aliter repugnat naturæ rationali vel supremæ regulæ morum furari, & aliter repugnat fornicari, ideo peccatum furti est in aliâ specie quam peccatum fornicationis.

Obj. Peccata omissionis non possunt accipere suam speciem ab objecto, cum non tendant in objectum sed sint ommissio tendentiæ in objectum debitum.

R. Distinguendo ass. Peccata omissionis non accipiunt suam speciem ab objecto directè Con. indirectè N. peccata omissionis accipiunt suam speciem indirectè ab objecto quia peccatum omissionis est privatio actûs debiti vel præcepti; cum igitur forma peccato omissionis opposita sit aliquis actus virtutis, qui suam speciem ab objecto desumit, ideo mediatè & indirectè ipsum etiam peccatum omissionis suam speciem ab objecto accipit: siquidem affirmatio & negatio reducuntur ad idem genus, & privationes suam speciem accipiunt à formis, quatum sunt privatio. Unde ulteriùs sequitur: peccatum commissionis, quo fit aliquid contra præceptum, & omissionis, quo omititur aliquid, quod erat præceptum, per se loquendo in genere moris, non semper essentialiter distingui: quia possunt habere eandem oppositionem cum proximo motivo ejusdem virtutis. Pro exemplo adfert S. Th. hic Q. 72. art. 6. O. Avarus sive non det suum, cui debet, quod est peccatum omissionis, sive auferat alienum, quod est peccatum commissionis, semper exercet eandem oppositionem cum virtute justitiæ, quæ ex eodem motivo proximo servandi æqualitatem non minus prohibet auferre alienum, quam præcipiat reddere alienum. Dixi: in genere moris: nam physicè ommissio

& commissio distinguuntur specie propter diversum modum tendendi non formalem & moralem, qui attenditur ex repugnantia cum motivo virtutis, sed materiale & entitativum: siquidem commissio est actus, omissio autem est carentia actus.

Dices: Omissio sacri & contemptus sacri distinguuntur specie, nec tamen habent diversum objectum in genere moris cum videantur opponi motivo proximo eiusdem virtutis. Ergo ad distinctionem specificam omissionis & commissionis in genere moris non requiritur talis oppositio.

R. Negando subsumptum: ideò enim contemptus sacri & omissio sacri specie distinguuntur: quia motivum proximum prohibendi contemptum sacri est naturalis & intrinseca exigentia reverentia, quam merentur res Deo facta. At motivum proximum præcipiendi auditionem sacri est congruitas quædam, ut reverentiam Deo debitam tali tempore & per talem determinatum actum exhibeamus.

Q U Æ S T I O II.

An peccata specie distinguantur ex aliis principiis.

Sicuti distinctio specifica peccatorum desumitur ab objecto, ita etiam distinctio numerica, sed difficultas est de principiis, ex quibus desumitur distinctio vel specifica vel numerica peccatorum.

DICO I. *Ubicunque occurrit diversum motivum inclinans intentionem ad peccandum, ibi est diversa species peccati.* S. Th. hic Q. 72. a. 8. O. Sive quodcunque objectum in genere moris diversificatur notabiliter est diversum specie peccatum.

Probatur inductione: I. distinctio peccatorum specifica desumitur à modo tendendi in objectum: nam peccatum mortale & veniale distinguuntur specie, quamvis circa idem objectum versentur, ex solâ diver-

sitate

De Dis
tate delibera
quis versetur cu
precativo, ita
veniale peccat
cho peccati, i
re diversitate
tendi.
Deinde unita
tatur etiam à
formaliter sumpt
um sub unâ vel
tatis & diversit
tate vel divers
tatem objectiva
tate cum lege
cepta autem pro
verlo motivo
vel diversam mo
telligendo,
Adverte: po
tate, quæ ad u
tatem insuper r
tatem alter
tatum per se in
tatum virtutum;
tate præcepta gr
tate intrinsecæ p
tatis notabilite
tate; si igitur
tate superiorum fian
tate vel diversit
tate, diversificat
tate: præceptum
tate motivo iustit
tate futurum in l

itate deliberationis vel plenæ vel semiplenæ. Item si quis versetur circa materiam de se venialem affectu appetitativo, ita ut paratus sit propter materiam de se venialem peccare mortaliter, tunc difficile est in objecto peccati, in quod voluntas directè fertur, invenire diversitatem, nisi attendatur ad diversum modum tendendi.

Deinde unitas & diversitas specifica peccatorum desumitur etiam à diversitate, vel unitate præceptorum formaliter sumptorum sive prohibentium vel præcipientium sub unâ vel diversâ ratione. Ratio clara est: quia unitas & diversitas specifica peccatorum desumitur ab unitate vel diversitate moralitatis objectivæ, moralitas autem objectiva desumitur ab oppositione vel conformitate cum lege vel præcepto formaliter sumpto, præcepta autem prohibentia vel præcipientia sub uno vel diverso motivo virtutis inducunt in objecta eandem vel diversam moralitatem objectivam. Pro quo melius intelligendo,

Adverte: posse fieri, ut idem actus vel omisio externa, quæ ad unam virtutem quali intrinsecè spectant, habeat insuper referibilitatem vel conducibilitatem ad honestatem alterius virtutis; item; ut idem opus externum per se indifferens sit conducibile ad fines diversarum virtutum; ex quo fit, quod eadem actio lege unâ præcepta gratiâ sui & ratione honestatis objectivæ sibi intrinsecè per legem aliam præcipiatur ratione honestatis notabiliter diversæ, ad quam extrinsecè conducit; si igitur præcepta sive ejusdem, sive diversorum superiorum fiant ex motivo proximo ad diversas virtutes vel diversas rectitudines ejusdem virtutis pertinente, diversificabuntur peccata specificè. Sit pro exemplo: præceptum naturale & positivum prohibet furtum ex motivo justitiæ, præceptum ecclesiasticum prohibet furtum in loco sacro ex motivo Religionis; hinc
fux

fur in loco sacro duplicem contrahit malitiam oppositam iustitiæ & oppositam Religioni; qui violat jejunium præceptum ab Ecclesia, quod vovit, dupliciter peccat: quia lex Ecclesiastica jejunium præcipit ex motivo temperantiæ, & vovens illud sibi imposuit ex motivo Religionis. Econtra, si præcepta non respiciant diversa motiva, quamvis à diversis superioribus sint lata, peccata non diversificantur; sic usurarius unicum committit peccatum contra legem naturalem, divinam, Ecclesiasticam & civilem, quia omnes istæ leges sunt diversæ solum materialiter, cum sub eadem ratione: motivo vid. iustitiæ: usuram prohibeant. Qui in quatuor temporibus quadragesimæ & vigiliâ S. Mathiæ incidente comedit carnes unicum peccatum admittit: quia tria illa præcepta concurrentia habent unicum intrinsecum finem; *Dico*: Intrinsecum: quia præceptum jejunii in vigiliâ alicujus sancti, quamvis pro fine extrinseco & remoto habeat honorem istius sancti, cum tamen Ecclesia immediatè intendat, ut subditi exerceant actum temperantiæ in servando jejunio, aut Religionis in audiendo sacro, quem actum ulterius refert ad cultum sancti: ut vid. his piis operibus fideles aptiores reddantur ad sanctum colendum, peccata non sunt diversa, non obstante diversitate finis extrinseci & remoti, cum finis remotus sit potius finis legem ferentis quam rei per legem præceptæ.

Obj. 1. Difformitas ad legem est formaliter malitia peccati. Ergo difformitas ad leges specie distinctas constituit distinctas specie malitias, lex verò divina & humana specie distinguuntur.

R. Distinguendo ant. Difformitas ad legem, ut est regula actûs humani constituit malitiam peccati, Con. Ut est actus Legislatoris N. Lex divina & humana sunt specie distinctæ leges, in quantum sunt actus Legislatoris, non autem in quantum sunt regula actus humani,

De Dis
ni, cui afferu
minatæ virtu
Obj. 2. In
terius speciei,
tam; atqui p
sencia contra
umanam sum
ego.
Disting
legem divinam
mortalis contr
Non omne pec
ceptum Legis
repticat violatio
modum terum
commune, sed
termini ad que
dens violat præ
ceptum præceptu
hinc non est
vel specialis co
obinobedientia
Obj. 3. Pec
catis: ut pro
se distincta. In
specie distingu
untur, Com
jejunii specie d
dem præcepto.
Distingu
tur eadem præc
partem N. Sec
Con. Illa pecc
diversa reductu
contra diversa
1. 2. The

ni, cui afferunt eandem specie honestatem hujus determinatæ virtutis.

Obj. 2. Inobedientia contra legem divinam est alterius speciei, quam inobedientia contra legem humanam; atqui peccata contra legem divinam sunt inobedientia contra legem divinam, & peccata contra legem humanam sunt inobedientia contra legem humanam. Ergo.

R. Distinguendo maj. Inobedientia formalis contra legem divinam est alterius rationis, quam inobedientia formalis contra legem humanam. Con. materialis N. Non omne peccatum est inobedientia formalis in contemptum Legislatoris: quia inobedientia non solum respicit violationem præcepti ex parte aversionis & per modum termini à quo, quod omnibus peccatis est commune, sed etiam violationem ipsam per modum termini ad quem profequitur: quia formaliter inobediens violat præceptum, quia est præceptum, unde etiam præceptum est objectum formalis inobedientiæ, & hinc non est mirum, quod inobedientia formalis vel specialis contra legem divinam sit specie distincta ab inobedientia formali contra legem humanam.

Obj. 3. Peccata per excessum & per defectum commissa: ut prodigalitas & avaritia: sunt peccata specie distincta. Item violatio juramenti & violatio voti specie distinguuntur, & tamen contrariantur eidem virtuti. Comestio carniū & bina refectio in die jejunii specie distinguuntur & tamen opponuntur eidem præcepto.

R. Distinguendo secundam partem ass. opponuntur eidem præcepto secundam eandem honestatem vel partem N. Secundum diversam honestatem vel partem Con. Illa peccata habent diversam repugnantiam cum diversâ rectitudine & honestate ejusdem virtutis vel sunt contra diversas partes ejusdem præcepti.

Ex dictis colligitur: omnes divisiones peccati actualis quas Theologi cum D. Ang. facere solent esse specificas in peccata specie distincta, dividitur enim peccatum.

1. In carnale & spirituale: carnale in delectatione carnali perficitur; ut gula, luxuria &c. Spirituale perficitur in delectatione spirituali sive mentali. Quamvis autem versentur circa objectum corporeum & materiale: ut superbia, invidia, avaritia, quæ sunt peccata spiritualia, distinguuntur tamen specie à diversis virtutibus, quibus opponuntur.

2. In peccatum contra Deum, proximum & seipsum. Quamvis enim generaliter loquendo omnia peccata sint contra Deum: quia sunt transgressiones legis æternæ, & etiam contra nos ipsos: quia peccatum quodlibet peccatori maximè nocet. Ex speciali tamen ratione fundatâ in formali objecto & motivo illarum virtutum, quibus peccata opponuntur, illa peccata dicuntur contra Deum, quæ contrariantur illis virtutibus, quibus rectè disponimur in ordine ad Deum: ut: infidelitas, blasphemia, odium Dei, & desperatio &c. Illa peccata dicuntur contra proximum, quæ opponuntur iis virtutibus, quibus rectè disponimur ad proximum: ut: adulterium, homicidium, furtum &c. Peccata contra nos ipsos sunt, quæ adversantur virtutibus moderantibus nostras passiones: uti luxuria, gula, timiditas.

3. In peccata cordis, oris & operis; quæ divisio dupliciter intelligi potest, vel ut per peccatum cordis intelligatur illud quod interius consummatur; ut: hæresis. Per peccatum oris illud, quod locutione perficitur: ut: mendacium. Per peccatum operis, quod opere consummatur: ut: adulterium. Et tunc membra dividentia distinguuntur specie: vel ut divisio intelligatur juxta varios gradus, quibus ad consummationem

pec-

DE DI
 cæti devenit
 ratione, defi
 pletur opere.
 cta peccata se
 consummatio
 4. In pecc
 ratione ve
 nificabilis, ve
 quod ex defect
 unum malitia
 nem voluntatis
 perpetratur;
 specie,

Q. 1. Quo
 r. 1. Tot
 objecta mala
 unitatem mor
 nem habentia
 videmus, at
 rectæ rationi
 litas specifica
 distincta, qua
 distinctio indi
 distinctionem
 cus in plura o
 plum est in ac
 Sunt tres num
 actu externo:
 nes. Committe
 ne specialiter e
 (singuli enim
 vitia & membr
 r. 2. Mora
 distinctionem
 quam externis.

cati devenitur: nam primò peccatum concipitur cogitatione, deinde manifestatur locutione, tandem completur opere. Et tunc nequidem sunt numero distincta peccata sed membra ejusdem peccati, ut sola operis consummatio in confessione sit aperienda.

4. In peccatum infirmitatis, quod oritur ex gravi tentatione vel commotione appetitûs sensitivi, vel irascibilis, vel concupiscibilis; peccatum ignorantiae, quod ex defectu perfectæ cognitionis oritur; & peccatum malitiæ, quod per malitiosam determinationem voluntatis nullâ passione vel ignorantia præventæ perpetratur, hæc peccata iterum non distinguuntur specie.

Q. I. Quomodo distinguantur peccata numero?

R. 1. Tot sunt peccata numero distincta, quod sunt objecta mala actûs ejusdem rationis inter se nullam unitatem moralem, connexionem vel subordinacionem habentia. Ratio est: quia malitia actûs, ut ante vidimus, attenditur secundum ordinem ad objectum rectæ rationi dissonum; ergo quemadmodum diversitas specifica objectorum facit peccata specie morali distincta, quamvis sit idem & unus actus physicus, ita distinctio individualis objectorum facit individualement distinctionem peccatorum, quamvis idem actus physicus in plura objecta numero distincta tendat. Exemplum est in actu interno: volo cum tribus fornicari. Sunt tres numero distinctæ malitiæ fornicationis; in actu externo: uno & eodem ictu occido tres homines. Committo tria distincta homicidia in confessione specialiter exprimenda, siquidem tria jura distincta (singuli enim habebant speciale jus, ne lædantur in suâ vitâ & membris) violantur.

R. 2. Moralis interruptio actûs voluntatis causat distinctionem individualement tam in peccatis internis, quam externis. Ratio est: tunc peccata numericè mul-

triplicantur, quando destruitur moralis unitas peccatorum; atqui quoties voluntas peccandi moraliter interruptitur, toties destruitur illorum moralis unitas: quia principium, à quo actus tam interni quam externi in suo esse morali dependent, est voluntas. Ergo mutata voluntate, actus sive interni sive externi per moralem interruptionem mutantur individualiter.

Q. 2. Quando nam censeretur voluntas moraliter interrupta?

R. 1. Dum successivè ponuntur plures actus circa plura objecta completa & totaliter distincta. ut: si, postquam Titius occidit Petrum, etiam interimat Paulum. Ita sacerdos in statu peccati mortalis excipiens plurimum confessiones, tot committit sacrilegia, quot pœnitentes absolvit: cum enim singulorum pœnitentium Confessio & absolutio constituat unum integrum & completum Sacramentum pœnitentiæ, tot sunt distincta sacrilegia, quot sunt distinctæ sacrilegæ administrationes Sacramenti.

2. Dum prior voluntas revocatur, aut per pœnitentiam retractatur; v.g. Quis odio habet inimicum, tot distincta numero peccata odii habet, quoties reconciliatur inimico, vel odium retractat.

3. Quoties deliberatâ voluntate cessatur ab actu, censetur actus esse interruptus; v.g. si quis morosam delectationem ex aspectu objecti inhonesti conceptam voluntariè deserat, sese ad aliud objectum convertendo, ac postea iterum repetat, duo distincta numero peccata committit. Dixi: voluntariè deserat, nam si indeliberatè ex aliquâ distractione animum aliò diverstat, & mox ad eandem delectationem redeat, censetur unicum numero peccatum, quia autem in peccatore habitualiter diu in peccato versante tales interruptiones & repetitiones voluntariæ vix explicari possunt, in Confessione explicandum est tempus, quo
ali-

DE DI
aliquis in sta
rit: ut: si
inimicum, I
ga aliquam p
4. Dum i
dentis effect
cedit, ut pri
sunt plura ne
5. Si actio
nem aut dep
peccata num
impudicos a
illa postmod
dici distincta
plicandam.
nicationem
non ex natur
nem subsequ
fornicatione
precedente
stituunt dist
ipsam tanqu
explicato pe
expressi.
Obj. 1. Ve
non habet t
pauperes; e
di 10. viato
2. Sub
peribus ele
ita, ut nutr
habeat, tu
valenter tan
10. largiti
rectè inter

aliquis in statu habituali ad similia peccata affectus fuerit : ut : si quis diuturnum odium habuerit contra inimicum. Longo tempore affectum inhonestum erga aliquam personam gesserit.

4. Dum inter plures actus nullo voluntatis præcedentis effectu inter se connexos tantum temporis intercedit, ut prudentum iudicio discontinuari censeantur, sunt plura numero peccata.

5. Si actiones externæ ad se invicem subordinatiorem aut dependentiam non habeant, constituuntur peccata numero distincta : ut : aliquis exercet actus impudicos absque intentione fornicationis, etiamsi illa postmodum subsequatur, habent actus illi impudici distinctam malitiam in Confessione specialiter explicandam. Similiter actus impudici sublequentes fornicationem constituunt distinctum peccatum, quia non ex natura rei, sed ex malitiâ operantis fornicationem subsequuntur, & sunt dispositiones ad novam fornicationem. Econtra actus impudici fornicationem præcedentes, & ex intentione tali assumpti non constituunt distinctum peccatum à fornicatione : quia ad ipsam tanquam partes & dispositiones ordinantur, ut, explicato peccato fornicationis, censeantur sufficienter expressi.

Obj. 1. Voluntas dandi eleemosynam 10. pauperibus non habet tot distinctas numero bonitates, quot sunt pauperes; ergo neque voluntas occidendi vel spoliandi 10. viatores habet distinctas 10. malitias.

R. Sub distinctione: si in voluntate dandi 10. pauperibus eleemosynas intendatur una solum honestas, ita, ut numerus accipientium se solum per accidens habeat, tunc erit una simpliciter bonitas moralis æquivalenter tamen multiplex : siquidem reipsâ æquivaleret 10. largitionibus eleemosynarum. Si verò per se & directè intendantur singulæ honestates largitionum, tunc

etiam bonitas erit formaliter multiplex: quia honestas objectiva directè intentà, non autem solum indirectè volita bonitatem moralem in actum refundit.

Obj. 2. Qui totum gregem ovium abigeret, non idèò committeret tot peccata, quot sunt capita ovium, qui combureret domum non committeret tot peccata, quot sunt partes domûs; ergo neque is, qui vult occidere totam familiam, habet tot malitias distinctas, quot sunt personæ, cum ipsæ etiam sint partes unius familiæ.

R. Negando consequentiam. Ratio est: quia familia est tantum una fictione juris, quæ unitas non tollit, quo minus quælibet persona habeat jus completè distinctum à jure alterius, ne lædatur in suâ vitâ; unde tot erunt individualiter distincta peccata, quot sunt personæ illius familiæ non invincibiliter ignoratæ, tot quippe sunt objecta malæ voluntatis per se completa & integra, nec refert: quod omnes personæ in unâ domo aut familiâ contineantur; quia si in illâ domo vel familiâ esset mater delinquentis, aut persona Clericalis non invincibiliter ignoratæ, voluntas contraheret malitias specie distinctas contra pietatem parentibus debitam & contra reverentiam ex religione debitam personis sacris; at in domo, grege, aut acervo numerorum partes omnes ita sunt aggregatione unum, ut in singulis non reperiatür aliquod jus speciale & completum, quale est in singulis hominibus.

Obj. 3. Si tot sint malitiæ, quot sunt distincta objecta. Ergo qui vellet occidere infinitos homines, haberet actum infectum infinitis malitiis.

R. Negando consequentiam: cum enim infinitas personarum non nisi syncategorematicè apprehendatur ab intellectu, hinc ejusmodi actus, quo aliquis vult infinitis hominibus nocere, tantum contraheret malitiam interpretativè & æquivalenter infinitam.

Obj.

Obj. 4. T
ma comparat
ribus & loci
tandem, pol
vit habitâ
abque dubio
lit, & tamen
fuerunt ordin
Disting
eandem finem
te operis N.
parte operis, il
neatur, hinc
ni ex enumera
quod alios inci
cavit contra ch
stantiâ, quæ
justitiâ, subor
buerunt unica

An pec

DICO 1.
peccator
ad invicem. S
Probatur:
quæ tendunt,
peccans, qua
quod perficit
bent ad invic
nexa ex parte
sint connexa,
ultimo fine av
legis æternæ c
gressio legis

Obj. 4. Titius per annum invigilaverit inimico, arma comparaverit, distinctos socios distinctis temporibus & locis disposuerit, ut inimicum observarent, tandem, postquam iteratis vicibus inimicum expectavit habitâ occasione eundem occidit. Hic Titius absque dubio plura peccata numero distincta commisit, & tamen omnes actus externi ad eundem finem fuerunt ordinati.

R. Distinguendo: omnes actus externi fuerunt ad eundem finem ex parte operantis ordinati. **Con** Ex parte operis **N.** Actus qui specialem habent malitiam ex parte operis, illam retinent, licet ad alium finem ordinentur, hinc in casu posito, quia aliqui actus externi ex enumeratis fuerunt oppositi diversæ virtuti; ut: quod alios incitaverit, ut observarent inimicum, peccavit contra charitatem peccato scandali, aliàs circumstantiæ, quæ non fuerunt oppositæ diversæ virtuti à justitiâ, subordinatæ eidem fini contrario justitiæ habuerunt unicam numericam malitiam iniustitiæ.

Q U Æ S T I O III.

An peccata inter se connexa & equalia?

DICO I. *Secundum illud, quod perficit speciem peccatorum, nullam connexionem habent peccata ad invicem. S. Th. hic Q. 73. a. 1. O.*

Probatur: peccata habent speciem ab objectis, in quæ tendunt, sed non in omnia objecta simul tendit peccans, quando tendit in unum; ergo secundum illud quod perficit speciem peccatorum, nullam peccata habent ad invicem connexionem, & sic non sunt connexa ex parte conversionis, licet ex parte aversionis sint connexa, quia omnia peccata mortalia à Deo ut ultimo fine avertunt. Potest igitur esse transgressio una legis æternæ quoad unam partem, quæ non sit transgressio legis æternæ quoad alteram partem: potest

enim esse transgressio quoad objectum justitiæ, & non esse transgressio quoad objectum castitatis; ergo potest esse unum peccatum, ut non sit alterum peccatum.

Obj. Qui in uno offendit factus est omnium reus; ergo transgressor unius præcepti vel legis factus est transgressor omnium legum & consequenter omnia peccata sunt connexa.

R. Distinguendo ant. qui offendit in uno factus est omnium reus quoad finem universalem omnium legum *Con.* quoad finem particularem cujuslibet legis *N.* finis universalis omnium legum est charitas, ad quam omnes virtutes & consequenter omnes leges, quæ præcipiunt actus virtutum, sunt ordinatæ; hunc finem offendit quilibet peccans mortaliter transgrediendo legem graviter obligantem; finis particularis cujuslibet legis est honestas cujuslibet virtutis; potest autem peccari contra honestatem virtutis particularis v. g. justitiæ & non peccari contra honestatem particularem castitatis.

DICO 2. *Non omnia peccata sunt paria, S. Th. hic Q. 73. a. 2. O.*

Probatur: peccata accipiunt suam malitiam ab objecto; ut vidimus, atqui omnia objecta non æqualem malitiam in actum peccaminosum derivant; ergo omnes species peccatorum non sunt æquales; sic gravior est species adulterii, quam fornicationis: quia superaddit ad malitiam fornicationis circumstantiam injuriæ in conjugem, inducitque novam oppositionem cum virtute justitiæ.

QUÆSTIO IV.

Unde petenda peccatorum inæqualitas?

DICO. *Secundum diversitatem objectorum attenditur diversitas gravitatis in peccatis, S. Th. hic Q. 73. a. 3. O.*

Pro-

Probatur:

tatem & conse
liæ, unde cap
tam suæ maliti
ergo quanto
quoque graviu
rem specifican
umstantiæ spe
liæ transeun
quoque defumi
quando autem
sed solum intra
litas accidentali
non mutantibu
talis malitiæ me
accidentale act
speciem non mu
ergo major vel n
talis accipitur à
bus.

Ex his deduc

1. Illud pecc
ad speciem est
opponitur. R
gis repugnans r
hæc regula non
imprimis oppo
comparatio, deb
omissio facti pr
furum & hom
fitionem cum v
attamen huic se
immediatè quip
ad Dei cultum
homicidium &

Probatur: Inde peccata accipiunt effi-
 calem gravitatem & consequenter essentialem inæqualitatem ma-
 litiae, unde capiunt specificam & essentialem differen-
 tiam suæ malitiæ; atqui hanc accipiunt ab objecto;
 ergo quantò objectum in se habetur gravius, tantò
 quoque gravius est ipsum peccatum secundum ratio-
 nem specificam malitiæ; quando adsunt objecto cir-
 cumstantiæ speciem mutant, tum quia tales circum-
 stantiæ transeunt in rationem objecti, à circumstantiis
 quoque desumitur inæqualitas essentialis peccatorum;
 quando autem circumstantiæ speciem non mutant,
 sed solum intra eandem speciem aggravant, inæqua-
 litas accidentalis desumitur à circumstantiis speciem
 non mutantibus; ratio est: quia gravitas acciden-
 talis malitiæ moralis accipitur à principio, quod est
 accidentale actui humano; atqui circumstantiæ
 speciem non mutant sunt accidentales actui humano-
 ergo major vel minor gravitas accidentalis malitiæ mo-
 ralis accipitur à circumstantiis speciem non mutanti-
 bus.

Ex his deducuntur regulæ sequentes.

I. Illud peccatum simpliciter cæteris paribus quo-
 ad speciem est gravius, quod præstantiori virtuti
 opponitur. Ratio est: quia tunc objectum est ma-
 gis repugnans rectæ rationi & legi æternæ. Ut tamen
 hæc regula non fallat, tres debent adesse conditiones:
 imprimis oppositio utriusque peccati, inter quæ fit
 comparatio, debet convenire in modo opponendi; ideo
 omissio sacri præcepti est multò levius peccatum, quam
 furtum & homicidium: quia quamvis habeat oppo-
 sitionem cum virtute præstantiori nimirum religione,
 attamen huic solum indirectè & mediatè opponitur,
 immediatè quippe opponitur determinationi temporis
 ad Dei cultum ab Ecclesiâ præscripti; cum contra
 homicidium & furtum directè & immediatè oppo-

nantur virtuti iustitiæ. Deinde debet esse oppositio respectu ejusdem objecti, & non in uno peccato oppositio respectu objecti primarii, & in altero respectu objecti secundarii; ita majus est peccatum infidelitas vel hæresis, quam odium proximi; quamvis enim odium proximi habeat oppositionem cum charitate, quæ est virtus præstantior, quam fides, cui infidelitas opponitur; attamen hæc oppositio est respectu proximi, qui est objectum secundarium charitatis, cum hæresis opponatur veracitati divinæ, quæ est objectum primarium fidei Theologicæ. Demum in oppositione cum virtute inferiore non debet includi oppositio cum virtute superiore, ita adulterium est peccatum gravius furto; quia præter oppositionem cum castitate habet simul oppositionem cum virtute superiore iustitiæ.

2. Quando peccata specie distincta opponuntur eidem virtuti; ut avaritia & prodigalitas, Tunc illud peccatum est gravius, quod opponitur nobiliori actui illius virtutis; sic avaritia est pejor prodigalitate; quia largitio pecuniarum cui avaritia opponitur, est præstantior actus liberalitatis, quam retentio pecuniarum, cui opponitur prodigalitas.

3. Essentialis gravitas peccati augetur per majus nocumentum à peccato proximo illatum, quia tale nocumentum trahit peccatum ad novam speciem vel scandali vel injustitiæ; hoc nocumentum potest tripliciter se habere; imprimis ut sit prævisum non tamen directè intentum, & tunc gravitas nocumenti tanquam indirectè saltem voluntaria indirectè aggravat peccatum; deinde, ut sit prævisum & intentum, & tunc directè aggravat. Demum ut nec sit prævisum nec intentum, & tunc distinguendum est: illud nocumentum nec prævisum nec intentum vel sequitur ex peccato per se: uti ex fornicatione in loco publico per se sequi-

DE DIS:
 quatur scandalu
 peccatum: qu
 ctum, saltem
 Neque respectu
 quidem potuit
 solum per a
 peccatum: c
 in hæ voluntari
 non est præ
 aratum est inter
 4. Maxima g
 Dem, quæ imm
 peis: ut odium I
 mediatè contra D
 ribus religioni
 blasphemia, imp
 at, quæ puga
 tem magis illa,
 hominis bona op
 ra proximum ill
 nobis nobiliorib
 5. Peccata Sp
 malibus: eò q
 solioris, & p
 Deitè proximi
 Corpus propriu
 quod peccata ca
 pitalia; quia
 trinis commune
 rem naturæ ratio
 6. Ex accide
 objecto & specie
 ratione contrab
 majori pœnâ dig
 malus argenti i

quitur scandalum aspicientium & tunc etiam aggravat peccatum : quia quod per se sequitur ad aliquem actum , saltem implicite & virtualiter est voluntarium. Neque respectu illius datur ignorantia invincibilis : siquidem potuit & debuit prævideri ; vel nocumentum solum per accidens sequitur , & tunc non aggravat peccatum : cum nec in se nec in suâ causâ nocumentum sit voluntarium , nisi intercederet negligentia , ex quâ non est prævisum nocumentum , ob quam nocumentum est interpretativè voluntarium.

4. Maxima gravitas reperitur in peccatis contra Deum, quæ immediatè opponuntur virtutibus Theologicis : ut odium Dei , desperatio ; deinde in iis, quæ sunt mediatè contra Deum , quæ nempe opponuntur virtutibus religionis , & pœnitentiæ : ut idololatria, Blasphemia , impœnitentia. Proxima his in gravitate sunt , quæ pugnant contra bonum proximi , & quidem magis illa , quæ substantiam quam quæ externa hominis bona oppugnant ; similiter inter peccata contra proximum illa sunt graviora , quæ proximum in bonis nobilioribus lædunt.

5. Peccata Spiritualia cæteris paribus sunt graviora carnalibus : eò quod pugnent contra motivum virtutis altioris , & peccata spiritualia sunt contra bonum Dei & proximi , peccata verò carnalia solum contra Corpus proprium. Advertit tamen S. Gregorius quod peccata carnalia sint majoris infamiæ , quam spiritualia ; quia sunt circa delectationes homini cum brutis communes , ideoque hominem infra dignitatem naturæ rationalis deprimunt.

6. Ex accidentalibus circumstantiis peccatum ex objecto & specie sua levius in morali hominum æstimatione contrahere potest longè majorem malitiam & majori pœnâ dignum judicari. Sicut enim magnus cumulus argenti in æstimatione morali excedit parvam
quan-

quantitatem auri, quamvis aurum in sua specie nobilius sit argento; ita propter circumstantias moralem æstimationem augentes & damna in bonum commune redundantia gravius censetur peccatum latrocinari vel integram civitatem devastare, quam Blasphemare; quamvis ex objecto & specie Blasphemia sit gravius peccatum.

Q. Quomodo à circumstantiis accidentaliter aggravantur peccata?

R. Id colligendum esse ex regulis sequentibus.

1. Gravitas extensiva malitiæ accidentaliter desumitur à pluralitate præceptorum materialiter distinctorum. Sic gravius peccat frangens jejunium præceptum à pluribus legibus materialiter sumptis.

2. Gravitas tam extensiva, in quantum plus materiæ prohibitiæ ponitur, quam intensiva, in quantum peior est actus voluntatis, qui in talem materiam prohibitam tendit, malitiæ desumitur à majore quantitate objecti; sic gravius peccat committens furtum 10. aureorum quam unius aurei. Ità S. Th. hic Q. 73. a. 7. O. *Si addatur hæc circumstantia, ut multum accipiat de alieno, erit peccatum gravius, quamvis accipere multum vel parum de se non dicat rationem boni, vel mali.*

3. Gravitatem peccati auget conditio & dignitas personæ, contra quam peccatur, & quanto dignior est persona, quæ læditur, vel offenditur, tanto majus & gravius est peccatum; debet autem attendi non tantum qualitas personæ, in quam peccatur, sed etiam natura ipsius peccati, quod committitur: sunt enim aliqua peccata, quæ non aggravantur ex conditione personæ, quæ peccato læditur; quia vid. qualitas persona, in quam peccatur, omninò est impertinens ad talem actionem injuriosam; ita furtum est æquè grave, sive fiat laico sive clerico, nobili vel

igno.

De Dist
nobili; sunt
sunt, quæ rel
respectu alteri
personæ est c
; gravius
perem, quan
gravat in honor
non est gra
nem.

Aggravantu
ita quidem
natura pi
persona peccan
ex malitiâ &
sunt graviora,
virtute vel mun
quia illud pecc
negligentiâ; at
hominem virtuosè
hoc ipse
diligenti
quia homo
facilius potest
mittendo est ne
ingratitude
tantò mag
quam benefactor
vel in aliquo
plures scanda
Peccata dem
rationis, intensio
enore affectu fe
agit. Gravius
continuat.

ignobili; sunt etiam quaedam qualitates personæ offensæ, quæ respectu unius peccati sunt aggravantes, & respectu alterius non sunt aggravantes: ita paupertas personæ est circumstantia aggravans immisericordiam: gravius enim est esse immisericordem erga pauperem, quam divitem, quæ tamen paupertas non aggravat inhonorationem pauperis, quia cæteris paribus non est gravius inhonorare pauperem, quam divitem.

4. Aggravantur peccata ex conditione personæ peccantis, ita quidem, ut peccata ex subreptione sive infirmitate naturæ provenientia tantò sint minora, quantò persona peccans est major in virtutibus; peccata verò ex malitiâ & cum perfecta deliberatione patrata tantò sint graviora, quantò persona peccans est major in virtute vel munere accepto à Deo. Ratio primi est: quia illud peccatum est levius, quod fit cum minore negligentia; atqui peccatum ex subreptione, quod ab homine virtuoso committitur, fit cum minore negligentia: hoc ipso enim quod est virtuosus, adhibet majorem diligentiam ad peccata evitanda. Ratio 2di est: quia homo virtuosus propter majora auxilia & media facilius potest evitare peccata & illa deliberatè committendo est negligentior: deinde propter majorem ingratitude: quantò enim majora accepit beneficia tantò magis est ingratus deliberatè offendendo suum benefactorem. Adde: ex peccato hominis virtuosus vel in aliquo gradu eminenti perfectionis constituti plures scandali occasionem accipiunt.

5. Peccata demum aggravantur ex circumstantiâ durationis, intensiõis &c. gravius enim peccat, qui intensiore affectu fertur in objectum quam qui remissius agit. Gravius est odium, quod per plures menses continuatur.